



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Qualiter se habere debet sacerdos cu[m] p[ro]nitente audita eius
co[n]fessione. c. 19

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Interrogatorium de 7 peccatis mortalib.

53

Ufuras torquet, proditio, vel simonia,
Periurus, sequitur furtum, nec mente quiescit.

De peccato Avaricie versus.

Avaritiam sequitur fur, stuprum, raptor, adulter,
Incestus, sacrum, mollis, sodo, contra, iumenta:
Est cecus, est audax, nimium inconstans amatque
Incautus, preceps, contemnit iussa diuina,
Atque simul ventura bona: presentia prefert:
Ibis qui feruerint, perpetua damna subibunt:
Et qui suppeditant, celestia regna triumphant.

De peccato Inuidie versus.

Inuidus affligitur bonis, letatur inique:
Detrahit, exultat, susurrat, murmurat, odit.

De peccato Gule versus.

Gula nimis laute, prepropere, vel studiose,
Leta nimis, et inepta loquax, scurrilia fouet:
Ebrictas, hebes, mentis pollutio se da.

De peccato Ire versus.

Iratus tumet, clamat conuicia, rixat,
Blasphemat, prelium parat, indignatio surgit.

De peccato Accidie versus.

Tristis malitiam parit, blasphemat, et odia
Desperat, torpet, piger, et pusillanimis extat.
Undique vagatur, pertractans mollia mente.

Hic interrogaciones breues in verbis sunt: sed tamen ma-
gnam habent latitudinem si recte considerantur. Siquis
autem ampliores velit hęc interrogaciones, seu interrogato-
rium diffusius, legat libellum qui intitulatur, Defecerunt bea-
ti Antonij Archiepi Florentini: vel confessionale fratris He-
ronymi de Ferrara, et alia ad libitum: et ibi inueniet plene de
hac materia tractari. Isti autem versus hic causa breuitatis pon-
turi: qui si bene intelligantur, satis sufficiunt ad confessionem
audiendam cuiuslibet peccatoris, quantumcumque scelerati.

Nulla
abolu-
tor in-
terrogā
di for-
ma ex-
legitur,
quæ in
summa
Caieta,
exponi-
tur.

**Qualiter se habere debeat sacerdos cum penitente,
audita eius confessione. Cap. 19.**

Audita confessione, euz de his que comisit redarguat, et in-
crepet, sin conditione psonar, et qualitate delicti pl⁹ et mi-
nus;

Sacerdos erga confessum qualiter se habere debet
nus: et ostendat ei quanta mala fecerit: et quid meruit pro illa peccata. Gehennam inferni in perpetuum: nisi misericordia dei ipsum eripuisset, et ei in cor misisset accedendi ad confessionem: Postea eum certificet de venia pro clementissimam et copiosissimam misericordiam dei: si tamen de cetero cauere a peccatis, et ab eorum occasione. Postea moneat eum finem statum suum. si est rex, vel dux, vel comes, vel iudex, quod iuste iudicet, et subditos suos indebite non grauet, et quod puniat delinquentes. Si est clericus, vel religiosus: quod seruet quae promisit. Si est uxoriatus, quod debitum reddat uxori temporibus congruis, non prohibitis, quod honeste matrimonij actum exerceat, et cum dei timore, et honore sacri matrimonij: et sic de alijs: prout videri poterit in praedictis confessionalibus. Item quod caueant ab occasione peccandi, qui sunt fragiles, scilicet ut deuent loca periculosa, et personas suspectas.

Confessione peracta: si fuerit excoicatus: si potest, prius eum absoluat ab ea: vel si non potest, remittat eum ad superiores ecclesiam huius tenoris Reuerendissime domine mitto ad orationem vestram Reuerendissimam praesentium latores mihi confessum: quatenus. d. v. Reuerendissima eum absoluat a vinculo excoicacionis, quam incurrit pro talis rem. **Ita** rogans eandem, ut eum ad me remittat: ut eum absoluere possim a peccatis. **Et si fuerit casus reservatus sine censura, ita scribat** Reuerendissima. d. v. ipsum absoluat a tali casu: **et si fuerit plures casus, similiter scribat** a tali. **Ita** et a tali. **Ita**

Absoluto igitur a sacerdote, si potest: vel ab episcopo, a vinculo excoicacionis, sacerdos iniungat penitentias, secundum quod conditioni ipsius personae viderit expedire, et secundum qualitatem peccatorum, ut in ieiunijs, orationibus, et elemosynis. In iniungenda autem penitentia caueat sacerdos ne eum scandalizet, imponendo penitentiam pecuniarium, vel sibi dandam, vel locis minus indigentibus, sed potius imponat pauperibus dispensandam: et postea eum absoluat: et caueat ne aliquem excommunicatum prius a peccatis, quam ab excommunicatione absoluat: quod nulli faceret. **Et quia in praebulis huius operis dictum fuit sententia beati Augustini, qui canones penitentiales nescit, non est dignus nomine sacerdotis: Ideo hic breuiter subiungentur, ad eorum sacerdotum insonationem.**